



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad  
Annum 1746

**Luxemburgi, 1752**

CXXIII. Jubilæum pro Italia, & Insulis adjacentibus concessum extenditur  
ad Regnum Galliæ, a cuius Indulgentiæ beneficio excluduntur refractarii.  
20. Februarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

sequantur atque custodiant, & sicut solitariae mortarium explosiones in consuetis locis.

Quocirca Gubernatori Conclavis, & Gubernatori Urbis, ejusdemque Urbis Vicegerenti tunc & pro tempore existentibus, per easdem praesentes committimus & mandamus, ut in consuetis respectivis locis adstantes, necnon aliis Ceremoniarum Apostolicarum Magistris Supranumerum, qui etiam tunc & pro tempore extra Conclave existent, ut, pro coram Officii debito, praesentis Mandati nostri schedulam, & in eis contenta quacumque, singuli pro virili parte exequi & observari faciant: Notariis quoque Cameræ Apostolicae, ut prædictis Conclavis & Urbis Gubernatori, ac Vicegerenti affiant, describentes nomina singulorum contumacium & inobedientium, quos premisis, & gravioribus etiam pro excessum qualitate pœnis puniri & mulctari volumus. Praesentes quoque, & desuper si videbitur expedientes Literas, semper validas, & efficaces fore & esse, suosque plenarios & integros effectus fortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliiter observari; sive & non alias per quoscumque Judices &c. etiam prædictis S. R. E. Cardinales, sublata &c. judicari &c. debere, irritumque &c. attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra & Cancillariae prædictæ Regula de jure quæsio non tollendo, & privilegiis, ac indultis, & Literis Apostolicis, Collegiis prædictis, eorumque singularibus Personis, etiam in limine eorumdem Collegiorum erectionis, concessis, ceterisque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac prædicatorum Collegiorum etiam juramento &c. roboratis statutis &c. ceterisque contrariis quibuscumque; cum clausulis opportunis.

## Fiat motu proprio P.

**E**T quod dictæ Regulae, necnon Priviligeriorum, & Indulctorum prædicatorum quomodolibet concessorum tenores etiam veriores, ac Datae, habentur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in Literis etiam per viam de Curia, si videbitur, expedien. Et de perpetuis mandato, commissione, derogatione, voluntate, aliisque præmissis, ut supra in dictis Literis latissime extenden. Volumus autem, quod sola præsentis nostri Motus proprii Schedulae Signatura sufficiat, & illius quoque exempla, seu transumpta, etiam impressa, manu alicuius Notarii publici subscripta, & persona in Ecclesiastica dignitate constituta Sigillo munita, ubique fidem faciant in iudicio, & extra illud: Regula quacumque contraria non obstante.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem quartodecimo Kalendas Martii Anno Quinto. Publicata die 18. Martii ejusdem anni.

## CXXIII.

Jubilæum pro Italia, & Insulis adjacen. concessum, extenditur ad Regnum Galliarum.

## B E N E D I C T U S P A P A X I V.

*Universis Christifidelibus presentes Literas inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

## Exordium.

CUM multorum charitate refrigercente ita saepe malitia hominum abundat, ut in da-

rissima nos incidentes tempora, maximis laborem periculis; omnia utriusque legis instituta, Prophetarum, & Apostolorum exemplis firmata, satis superque testantur, unum nobis, idque tutissimum paratum esse perfugium in precipibus, & jejuniis, quibus Dei misericordiam slectere atque implorare satagimus. Hinc est, quod Italia populis ejusque Insulis adjacentibus tot calamitatibus divexatis hoc præsens Jubilæum indiximus, & ad magnam Divini auxilii spem omnes erexitus.

*§. 1. B E N E D I C T U S PP. XIV. In Suprema Catholice Ecclesia administratione &c. ut supra Pag. 254.*

§. 2. Hos ergo Divina misericordia uberrimos fontes in Gallia quoque Regnum, ejusque Provincias, nobis cura est derivare, ob id præcipue, ut ibi ab omnibus, qui harum celestium largitionum participes fieri volunt, præter oneera a Nobis præscripta, gratia omnino habentur quam maxima Omnipotenti Deo, cuius unius beneficio Carissimus Nostrus in Christo Filius Ludovicus Rex Christianissimus à gravissimo & deplorate morbo nuper convalescit. Omnes igitur Galliarum cœtus pro Principis salute & imperii diuturnitate vota nuncupaturi, toti se se in preces effundant, ut, qui solus est dominium Dominus, dies super dies Regis adjiciat, & cor eius in manu tenens, faciat, ut ambulans in præceptis eius, semper speret in Domino, & in misericordia Altissimi non commoveatur.

§. 3. Ut autem præsentes Nostra, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam faciliter deveniant, volumus ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem pro rata fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XVII. Februarii MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

## D. Cardinalis Passioneus.

Extenso Jūbilei ad Gallicæ Regum, adjecto oneore oranti pro Rege.

Auctoritas Tranlumpbris tributa.

Dat. die 18.  
Febr. 1744.

## CXXIV.

De Jubilæi Concessione pro Regno Galliarum; a cuius Indulgentia beneficio excluduntur Refractarii.

*Carissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Galliarum Regi Christianissimo.*

## B E N E D I C T U S P A P A X I V.

*Carissime in Christo Fili Nostro, salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

**N**ULLIS verbis explicare satis possumus voluntatem singularem, quam Nobis attulerunt Literæ Majestatis tuae die 24. Januarii ad Nos scriptæ, ex quibus confilia deprehendimus ad pacem Europæ conciliandam aptissima, quam Nos quidem unicè atque ardentissime exoptamus: Itaque Majestati tua gratias agimus maximas, simulque adjungimus, id Nobis iniustitiam, aut novum minimè contingere: Quippe regalem indolem, animique tui præclaros sensus jampridem cognitos habemus, ex quibus etiam facile conjectimus, Dei beneficio Majestatem tuam ex gravissimo morbo relevaramus, & prospera nunc uti valetudine, ut tanquam Angelus pacis diffidia componeret, ac populis redderet tranquillitatem.

Pontifex  
confilia pacis  
in Rege laudat & loves.

## §. 1. Illud